Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Biblia Latina - Cod. Aug. perg. 154

[Reichenau ?], [14. Jh.]

Schmuckinitiale

urn:nbn:de:bsz:31-42065

Visual Library

amore labuntur aut odio. Explicit
prologus. Incipit Daniel propheta.

Anno tercio
regni Jo-
achim re-
gis Jude.
venit Na-
buchodo-
nosor
rex Baby-
lonis Je-
rusalem et obsedit eam. Et tradidit dominus in
manus eius Joachim regem Jude et partem
vasorum domus dei. Et asportavit ea in
terram Sennaar in domum dei sui et vasa
intulit in domum thesauri dei sui. Et ait rex
Asphanez preposito eunuchorum suorum.
ut introduceret de filiis Israel et de semine
regio et tyrannorum pueros in quibus nulla
esset macula. decoros forma et erudi-
tos omni sapientia. cautos sciencia et doctos disci-
plina. et qui possent stare in palatio re-
gis. ut doceret eos litteras et linguam Chal-
deorum. Et constituit eis rex annonam per
singulos dies de cibis suis. et de vino
unde bibebat ipse. ut enutriti tribus
annis. postea starent in conspectu regis.
Fuerunt ergo inter eos de filiis Juda. Da-
niel. Ananias. Misahel. et Azarias.
Et imposuit eis prepositus eunuchorum
nomina. Danieli Balthasar. Ananie Si-
drach. Misaheli. Misach. et Azarie Ab-
denago. Proposuit autem Daniel in corde
suo. ne pollueretur de mensa regis. neque
de vino potus eius. Et rogavit prepositum
eunuchorum ne contaminaretur. Dedit
autem deus Danieli graciam et misericordiam in conspectu
principis eunuchorum. Et ait princeps
eunuchorum ad Danielem. Timeo ego
dominum meum regem qui constituit vobis cibum
et potum. qui si viderit vultus vestros macilentiores
macilentiores pre ceteris adolescentibus coeuis
vestris. condempnabitis caput meum regi.
Et dixit Daniel ad Malasar. quem consti-
tuerat princeps eunuchorum super Dani-
elem. Ananiam. Misahelem. et Azari-
am. Tempta nos obsecro servos tu-
os diebus .x. et dentur nobis legumina ad
vescendum. et aqua ad bibendum. et con-
templare vultus nostros. et vultus pue-
rorum qui vescuntur cibo regio. et sicut vi-
deris facies cum servis tuis. Qui audi-
to sermone huiusmodi temptavit
eos diebus .x. Post dies autem .x. appa-
ruerunt vultus eorum meliores et corpulen-
tiores. pre omnibus pueris qui vescebantur
cibo regio. Porro Malasar tol-
lebat cibaria et vinum potus eorum da-
batque eis legumina. Pueris autem his
dedit deus scienciam et disciplinam
in omni libro et omni sapiencia. Danieli
autem intelligenciam omnium visionum et sompni-
orum. Completis itaque diebus post
quos dixerat rex ut introducerentur. in-
troduxit eos prepositus eunuchorum in conspectu Nabuchodono-
sor. Cumque eis locutus fuisset rex. non sunt in-
venti tales de universis. ut Daniel.
Ananias. Misael. et Azarias. Et ste-
terunt in conspectu regis. et omne verbum
sapiencie et intellectus quod sciscitatus est ab
eis rex. invenit in eis decuplum super
omnes ariolos et magos qui erant
in universo regno eius. Fuit autem Dani-
el usque ad annum primum Cyri regis.

II

In anno secundo regni Nabuchodonosor
vidit Nabuchodonosor sompnium et conterritus est
spiritus eius. et sompnium fugit ab eo. Pre-
cepit ergo rex ut convocarentur arioli
et magi et malefici et Caldei. ut indica-